



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Vera Concilii Tridentini Historia**

Contra falsam Petri Suavis Polani narrationem

**Pallavicino, Sforza**

**Antverpiae, 1670**

Capvt XII. Alterum Caesaris cum Pontifice colloquium Bononiae; aliaque apud Christianos Principes officia ad Concilium celebrandum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11642**

& oritate Ecclesiasticis vestigalia quædam. Simulque ad alias efficaces artes, sed minus violentas conuersus, studuit suadere Pontifici, Germaniæ Protestantes, quod Galliæ vires tamquam vnicum sibi aduersus Cæsarem præsidium spectabant, futurum ut à suo nutu penderent: Angliæ quoque Regem in prosequendo coniugio, eatus ausurum vñā cum Pontifice Cæsarem lñdere, quatenus Gallorum viribus se tutum agnosceret. Proinde aliam non posse rationem iniri, quâ dignitas Apostolicæ Sedis, reique Christianæ vniuersitas sustineretur, nisi se cum ipso coniungeret: posse id à Clemente perfici seruatâ Cæsaris amicitia, cui haud molestè ferendum erat, quando iam Gallus Pontificem cum solo Cæsare affinitate coniunctum tolerauerat, eum nunc pariter cum eorum ytroque Principe coniunctum aspicere. Ad ea consilia amplectenda compulsus est vehementius Pontifex, quod aliorum fauore destitutus, minoris à Cæsare estimari videretur. Cuius rei argumenta varia suppetebant: ac in primis, quod Cæsar Alphonso Duci Mutinam, Rheyum ac Ferrariam contra Pontificem adiudicarat. Nam de Mutina ac Rheyio, elegerat Cæsar (vt Iurisperiti loquuntur) solum ex Iure procedere; de Ferraria verò, de qua si hanc viam iniisset, oportebat Ducem perduellionis damnare, amici conciliatoris sibi partes assumpserat: secundò autem, in procratianis nuptiis filiæ iam nubilis cum Alexandro, absque causa conspicua: postremò, dum videbatur Lutheranorum violentiâ magis trahi, quam æquitate Pontificis, in rebus de Religione & Concilio sanctiendis; cum satisfacere mallet non magis honesta petenti, meliusque merito, sed plane magis formidabili.

## CAP V T XII.

*Alterum Cæsaris cum Pontifice colloquium Bononiæ; aliaque apud Christianos Principes officia ad Concilium celebrandum.*

**R**euersus è Germania Cæsar, atque in Hispaniam traiecturus, voluit iterum Pontificem alloqui dupli de causa: & quod cum eo confirmaret amicitiam, quâ quicquid suæ ditionis per Italiam erat, satis in tuto fore existimabat; & quod aliquid de Concilio statueret, sine quo se in Germaniæ negotiis intutum arbitrabatur. Clemens, quantumvis impar ad itineris incommoda, maluit se conferre Bononiæ, quâ Cæsari occasionem inde praebere in Italiam penetrandi, ac Neapolim pertingendi, quod determinabat. Ferunt, in eo congressu non æquè vtrique satisfactum,

*Pars I.*

M m

ac

Guicciardi-  
nus supra ci-  
tatum.

1532. ac in priori. Etenim Pontifex, cupiens nulli partium sese addicere,  
 quod id Patris personam magis deceret, magisque securitati con-  
 duceret, agrè se passus est ad nouum fœdus pro rebus Italæ addi-  
 ci; præsertim tum quia Veneti illud iniire recusarunt; tum quia, vi  
 ad illud ineundum Ferrariae Ducem traheret, necesse fuit Clemens  
 patruelis neptem Franciso Sfortiæ matrimonio iungeret, quo te-  
 naciori affinitatis nexu illum ad Mediolani tutelam pertraheret: cu-  
 rei Pontifex assensus non est, ne Regem Galliæ laderet, illius hof  
 eā despontatā, quæ iam ipso Cælare comprobante illius filio de-  
 sponsa fuerat. Rex enim sibi hostem \* declarauerat Sfortiam co-  
 nomine, quod in gratiam Cæsaris Meruelium interfecisset, si  
 quidem subditum, sed qui ex Regis literis Legati prærogatiā fru-  
 batur. Cæsar arbitratus illud coniugium quasi per simulationem  
 à Rege oblatum, petuit à Pontifice, ut Regem ad illud perficies-  
 dum vrgereret; sperans eā ratione comperturum Clementem, adul-  
 terinam esse monetam, quā Rex ipsum commercari studebat, ade-  
 que propensionem erga Gallos in indignationem commutaturum.  
 Sed contrā res accidit: Gallus namque explorato æmuli consilio,  
 ut ipsum eluderet, eō statim properauit, quod fortasse magis dubi-  
 tanter ac pedetentim processisset; ac duobus suis Oratoribus supri-  
 memoratis, Bononia apud Pontificem degentibus, tradidit quid-  
 quid opus esset potestatis ad matrimonium stipulandum. Quapro-  
 pter quantum Cæsari defuit de colore ac spe illius affinitatis remo-  
 mendæ, tantum curæ ac sollicitudinis accreuit, quæ insuper aucte-  
 sunt, quod Rex Pontificem rogauerat, ut vnā Nicæam in Provincia  
 conuenirent, cum sibi aditus in Italiam ulterius non pateret. Nec  
 Pontifex id negandum censebat, quippe iam bis ad colloquium  
 cum eius æmulo accesserat. Inerat Cæsari suspicio, ne ea res spe-  
 ctaret aliquod fœdus pro recuperanda Insubria, Aurelianensi Du-  
 Catharinæ sponso concedenda, cui compertum erat destinari à Re-  
 ge eam ditionem, quod lis cum priori natu filio componeretur de  
 Britonum Principatu. Sed in eo Pontifex nifus est animum Cæsari  
 securum reddere, initâ inuicem pactione, ne fœdus cum aliis Princi-  
 pibus sancirent. Et promissis quidem stetit, aduersus quām Siens  
 affirmat; vt non solum Guicciardinus testatur, sed Petrus Soru-  
 nus Venetorum Legatus in sua narratione, qui exquisitiissimam ac  
 certam notitiam profitetur eorum, quæ inter Clementem & Gal-  
 los tunc temporis agitata. De Concilio mirum est à Guicciardino  
 narrat.

Guicciardi-  
nus citatus.



1533.

narrari, fuisse tunc à Pontifice idcirco reiectum, quod neuter è Regibus in id consentiret, simulque omitti quidquid ibi ea de re deliberatum atque statutum. Ex quo liquet, quād indiligerent vestigauerit quæ ad res extra Italiam gestas pertinebant. Idque etiam patet ex eo, quod pro certo ponit, Ferdinandum electum fuisse Romanorum Regem in Comitis Augustanis; quodque tam confusè refert negotia de Anglicano diuortio; præteritque quod præ ceteris erat animaduertendum, hoc est, postremam Clementis sententiam, Catharinae connubium ratum pronuntiantis. Quem quidem notitiae defectum in eo Historico vñfum mihi est iterum indicare, ne auctoritas scriptoris, alioqui conspicui summiq[ue] nominis, lectorum fidem tenaciū occupet; præsertim in iis rebus, quas ille negligenti calamo percurrit pictorum more, cùm lacinias finesq[ue] regionis, quod operis præcipuus scopus est, cursim adumbrant.

<sup>2</sup> Habitus est Bononiae peculiaris cœtus ad deliberandum de Concilio; vbi interfuere Pontifex, Cæsar, Cardinales Farnesius, Campeggius, Cæsius, & Archiepiscopus Aleander ex parte Pontificia; ex Cæsarea verò Gabriel Stephanus Merinus Hispanus, Archiepiscopus Bariensis, & Indiarum Patriarcha, at paulò pòst in Cæsaris gratiam Purpureo pileo donatus, magnus Cancellarius Granuelanus, Commendatarius Couius tunc apud Carolum gratiosus, ac Manus Iurisconsultus Cæsareus, apud Clementem Orator, & Arragoniæ Procancellarius.

<sup>3</sup> Duo ibi constituta: alterum, vt quando conditions à Pontifice propositæ de Concilio æqua videbantur, Nuntius ab eo legaretur ad Germaniæ Principes, & Orator à Cæsare, qui Nuntio concors cum illis ea de re transigeret, animosq[ue] ad Concilij celebrationem pararet. Compertum erat, in eo solum à Pontifice Cæsarem dissentire, quod alter agnoscebat quidem conditionum æquitatem, sed utpote cupidus quocumque modo Germanis satisfaciendi, quod Imperio quies esset, flagitabat à Pontifice etiam immoderata, vbi Germani æquioribus non acquiescerent. Contrà verò Pontifex, cui Vniuersal[is] Ecclesiæ salus curæ erat, cupiebat quidem vim omnem per officia Francisci Regis adhibere, vti Protestantes Concilium exciperent, quo par erat ritu celebrandum; sed vbi recusarent, nobebat insanæ libidini vnius partis indulgere, quasi totum illa corpus moderaretur: ac dum Concilium insolito peruersoque modo coegeret, fraudi esset Apostolico Principatu, cui non Dominus, sed Custos præsidebat, vniuersamq[ue] Ecclesiam perturbaret, eum imitatus, qui vt importunam sitim faucium ex febri arescentium

Acta inter  
Clementem  
ac Cæsarem  
de Concilio,  
fusæ conti-  
nentur in li-  
bro Archiu.  
Varie. in-  
scripti, In-  
struatio ad  
Concilium  
Trident. &  
in altero in-  
scripto, Va-  
ria. &c.

M m 2 expleat,

1533.

expleat, potum illis indulget, vnde vitæ calor obruitur, & morietur.

Alterum ibi stabilitum fuit, vt Pontifex, de Aleandri consilio, iam tunc scribebat ad Principes de Concilij celebratione; ne credetur aut simulatum aut extinctum ipsius propositum, per encyclo-  
cum ad Principes Diploma duos ante annos vulgatum: à quo quidem Archiepiscopus Bariensis dissentit, ratus, non esse nouis le-  
xibus implicandos usque ad ipsam Concilij conuocationem; cetero  
verò omnes, ac præfertini Cæsar, consenserunt.

Pontifex, vt hoc ipsum exequeretur, aliud scripsit Diploma:  
10. Ianuarij ad Romanorum Regem, ac reliquos Principes Catho-  
licos Imperij, in quo facta præteriti diplomatis mentione, & com-  
memorata interiecta cunctationis necessitate ob Turcicum bellum  
aiebat, cum illud utriusque fratri virtute feliciter confectum esset,  
auditusque à se fuisset Cæsar's redditus Italiam versus, neglecta val-  
tudinis ætatisque imbecillitate, & asperæ tempestatis incommodis,  
nec labori nec periculo pepercisse, quod Bononiam contendere, ad  
agendum cum Cæsare de conciliandis Christianorum nationibus:  
ipsum autem Cæarem usque adeò se Concilij studiosum ostendisse,  
vt, vbi Pontifex ad illud alioquin haud propenderet, exarsurum ad-  
huc fuisse illius cogendi desiderio, quodanti Principis pietatem  
imitaretur. Proinde habere se in animo, quantocuyus posset illud  
indicere. Sed quoniam, cum Occumenicum futurum esset, oper  
pretium erat, vt omnes Principes Christiani in id consentirent, ne  
dum pars altera curabatur, altera discinderetur, quod & ipse Cæ-  
sar optimè aduerterat; se minimè desitum literis atque Nuntiis  
reliquos Principes ad illius consensionem solicitare. Hanc postre-  
mam periodum diplomatis ad Regem Romanorum, Cæsarei  
amputandam curarunt in diplomate ad Ordines Imperij destinato,  
simil cum aliis quibusdam vocibus, quæ illis esse poterant suspicio-  
ni: in reliquo idem planè fuit omnium tenor.

Ad eosdem quoque Ordines scripsit Cæsar eodem die, ac fecit  
in eamdem sententiam; adiecta laude amplissimâ voluntatis ac lo-  
licitudinis in Pontifice, qui, dicebat, *animo verè paterno & ardentijs-  
mo ad hanc publicam causam promouendam adeò incubuit, vt nihil in ei  
desiderari potuerit in suo munere suisq; partibus excellens*. Ac specianis  
postea testabatur, Pontificem cogendæ Synodo libentissime co-  
lensisse; sed simul optimo iure ac prudenter tamquam necessariam  
quaesiuisse reliquorum Principum consensionem, quod omne schi-  
smatis perturbationisque periculum vitaretur: atque in id impene-  
dile

1533.

disse idonea officia per literas ac Nuntios; & consentanea respon-  
sa eum praestolari, antequam Cæsar ex Italia discederet. Huius vero  
Cesaris de Pontificis voluntate testimonij Suai haud placuit me-  
minisse, cum eius memoria sit planè monocerotis contraria, ea nim-  
rum, ut quidquid est venenii antidotum à se depellat.

## CAPUT XIII.

*Pontificis Nuntius, & Cæsareus Legatus in Germaniam per-  
gunt ad componendas Concilij conditiones: & quid  
principes Protestantes responderint.*

**Q**uod res maturaretur citius, dum omnium Principum expe-  
ctabantur responsa, voluit Pontifex alterum quod in con-  
silio statutum erat exequi, de Nuntio destinando. Legavit  
itaque Hugonem Rangonium, Rheyensem Episcopum <sup>a</sup> cum di-  
plomatis ad Ferdinandum Regem, & Catholicos Principes 20. Fe-  
bruarie anno 1533. simulque Nuntium misit Vbaldinum de Vbal-  
dinis, sibi à Cubiculo, ad Reges Gallie ac Britanniæ, cum diplo-  
matibus eodem die datis; <sup>b</sup> qui Nuntij Synodi conuocandæ con-  
ditiones cum iis Principibus statuendas curarent. Mandata Rango-  
ni tradita, pariter ab Vbaldino seruanda, iniungebant, ut octo re-  
rum capita, qua necessaria & aqua videbantur, proponerent.

**2** *Vt Concilium sit liberum, celebreturq; more ab Ecclesia usurpato usque  
ab initio Vniuersalium Conciliorum.*

*Vt ij, qui sunt interfuturi Concilio, se illi obtemperaturos polliceantur.*

*Vt ij, qui legitimâ causâne adsint excusantur, legitimos Procuratores  
mittant.*

*Vt interea in controversiis Fidei nihil innonetur in Germania.*

*Vt locus decernatur; secus enim omnia frustra parari: ac proinde pro-  
poni à Pontifice Manuam, Bononiam, ac Placentiam; quarum singula tu-  
ta sunt, capaces, fertilesq; ac cœlo salubri, atque Germania propinquiores,  
quam ceteris transmontanis nationibus Synodo interfuturis.*

*Vt si quis Christianorum Principum operi tam Religioso absque iusta cau-  
sa defuerit, non idcirco omittatur; sed cum reliquis senioris mentis in  
ipsum conspirantibus promoueat.*

*Vt si quis Sacrum huiusmodi Cœtum impedire, seu postea eius Decreta,  
violare tentauerit, reliqui cunctis suis viribus Pontifici pro Concilio  
tuendo adsint. Pontifex vero sexto mense postquam de ceteris memoratis  
capitibus propitium resonsum accepit, Concilium indicat, post annum*

M M 3. cogere

<sup>a</sup> Mandata  
tradita Ran-  
gonio, alia  
que per eam  
occationem  
missis, ex-  
tant in Vo-  
lumine Vâ-  
ticanae Bi-  
blioth. in  
quo, & in  
alio, sunt  
multæ Lite-  
rae, Diplo-  
mata, &  
Commenta-  
rij Clemens  
tis Septimi  
de Conciliis  
postea ci-  
tanda.  
<sup>b</sup> Haec Di-  
plomata ex-  
tant inter  
alia Clemens  
tis.